

Venerandus Frater Baptista Mantuanus Car-
melita Francilco Fantucio .S.P.D.

Quod Arolus Antonius, vir clarissimus, pater tuus, q̄ esset bona-
rū artium studiosus, hoīm litteratoꝝ cōgressibus vtebatur
assidue, z ex familiaribus eoz colloquijs, se inuenire dicebat v-
nicum podagre sue remedium. Ibam ego eo tpe frequēter ad eum, et q̄a
erat in monasteriū nostrū beneaiatus, z q̄ me (vt scis) p̄cipuo diligen-
bat affectu. Ipse aut̄, vt erat ingenij claro ac vegeto: lingua disertā ac elo-
quētī, mox vt cōsideramus: aliquē ex scriptura sacra, cui⁹ lectiōe mirifice
oblectabat: locū afferebat: quo diutius (sic em̄ aiebat) mutuo sermōe fru-
eretur, z egritudinis sue tortura minus angeretur. Ego domū reuersus,
si quid aptius dixisse memineram: arrepto calamo p̄festim an notabam,
memor dicti euangelici: colligite fragmēta ne pereant. cupidus etiā, vt
sicut ipsi, ea que dixeram⁹, adiumenti non nihil attulerant: ita si in scrip-
tis redigerentur ac legi possent, etiā alijs egrotantibus essent aliqñ subsi-
dio. huiusmodi ergo ratiocinatiōes a me recognitas, z vt edantur, in li-
brū tribus diuisum voluminib⁹ modo redactas, tibi restituo, inq̄, quod
em̄ erat patri donatū, debetur z filio, z ei maxie filio: qui nō diuitiaz tan-
tum, vt maior pars hoīm: sed qui etiā sicut tu: paternaz virtutum here-
dem se constituat: vt videatur a parētibus in eum, nedum scdm carnem,
verum etiam scdm spiritū, deducta cognatio. Accipe igitur libellū hūc,
z euz successiuis tēporib⁹ aliquādo relegito, vt vitę hui⁹ molestias equa-
nimius feras, z accendaris alterius vitę maiore desiderio, quo, z ad euis-
tandum mortis metum, z ad huius mortalitatis incōmoda p̄ferenda,
nullum est p̄sentius maiusue remedium. Viue igitur, per quā diutil-
sime, z sic viue, vt semper videare patris vitam z mores emulari: cui ad
politicam foelicitatem peripateticoz id solum deerat: quod et Metillo
legimus defuisse: prosperam scz corporis valitudinē. Sed hęc certe mi-
nus est deploranda iactura: ea potissimum ratione: q̄ quantum adimit
politice: tantum addit vere foelicitati: ad quam nobis aditum patefa-
ciat gratia domini nostri Jesu christi. Vale;